regẽ dorcium/regẽ polsinar/regẽ insidiũ/regẽ polibe tẽ.ꝙ regẽ letobõis/ꝙ alios multos nobiles gẽtis nrẽ Quid ergo ãmõ eo mortuo possunt sperare troiani. nisi vltimũ eoꝝ excidiũ. ꝙ nos quid ultra sperare de bemꝰ/nisi ꝙ de eis erimꝰ absq; lõgi tpis mora victo res. Deꝝ quia bellũ aliquod in spe certa victorie in ire nõ possumus absq; ipius achillis pñtia virtuosa bonũ eẽt ꝙ vtile si vobis videret acceptũ. vt donec achilles in suis viribus ualescat ad regẽ priamum nrõs nuncios destinemꝰ.vt obtẽtis iducijs seu treu ga duoꝝ mensium cadauera mortuoꝝ quoꝝ fetore cõfundimur valeãt interi igne cremari.ꝙ vt iteri vul nerati nostri ad sanitatẽ beneficii reducãt Et sic aga mẽnon suo colloquio finẽ fecit. Astãtes igit vniuer si osiliuꝫ ꝙ dictũ agamennonis vnanimiter oprobãt ꝙ sic eẽ faciẽdũ hortãt. Mittunt ergo de hoc legati ad regẽ priamũ ꝙ petite duoꝝ mensiũ inducie ocedũ tur. Inter istas vero inducias palamides valde oq̃ rit inter reges de dñio agamẽnonis. Etcum quodã die dicti reges in agamẽnõis tẽtoria ouenissent ꝙ pa lamides sua osueta verba cõtra regẽ agamẽnonẽ ef fudisset agamẽnon in sui animi discretõe respõdens vtpote q̃ erat in omnibꝰ multa sapiẽtia moderatus in õi audiẽtia tunc pñtiũ verbis palamidis respon dendo sic dixit. Amice palamides de ptãte mei regi mis hucusq; mihi concessa/an putas me exide multa iocũditate letari cũ ab ipo pricipio nec eã exquisiue ri nec eã ꝓcuraueri/sed exide meo spiritui ꝙ persone mee continuas curas addideri ꝙ labores.vt reges ꝙ pricipes ꝙ ceteri sub mea gubernatiõe salui in õnibꝰ

ducerẽt. Et si ea me otigisset ptãte carere potuisset mibi babũde sufficere esse sub alteri9 ducis regũne se cũdũ cp suffecit 7 sufficit cuilibz alioz regũ 7 princi pũ meo esse sub ductu Et satis puto me in meo regĩ ne non peccasse nec aliqd dolo vel negligẽtia cõmi sisse qđ mibi sinistre posset ascribi Si vero ĩ electio nẽ mei regĩnis tuy non fuit req̃situs assensus mirari nõ debes cum tũc tu pñs in mee electõis inicio non fuisses nec tu postmoduz ad exercitũ accessisses; do nec ãni duo elapsi fuerãt in qbꝰ si tuus fuisset expec tatꝰ assensꝰ ad huc forte ĩ athenaz portu noster exer citus resideret. Et ne forte putet cp talis regis sim multũ auidus 7 forsitan occupiscens gratum est mibi cp aliꝰ eligatur · 7n electionem cuiꝰ patus sum vna cum aluis regibꝰ laborare 7 affectione maxia cõsen tire Nec potes dicere dñe palamides cp excercitꝰ nos ter sine tuo cõsilio duci non valeat cuz te absente 7 absq; tuoz osiliorũ dictamine multa in boc exercitu acta 7 gesta fuerunt. que satis salubriter omnibꝰ cõ muniter successerunt. Et cum agamẽnõ suo colloq̃o finem adbibuisset eo die de bocultra nõ fuit disposi tum nec tractatuz · 7gamẽnon igit circa ipiꝰ diei ves peras per toeũ excercitum p̃conia voce mãdauit. vt oẽs ipiꝰ excercitus in mane seqneutis diei ad tentori um agamẽnonis pro colloquio generali accederẽt ĩ cunctanter. Factumq; ẽ mane facto vniuersi maiores 7 ceteri ad colloquiũ accesserũt. Quare agamẽnõ iter eos sic dixit. 7mici frẽs hucusq; gessi regis vrĩ sarci nã sub cuius pondere satis laboriose multipliciter ĩ sudaui oẽs salubres vias mẽte sollicita prescrutãdo

p quas tã maiores q̃ ceteri sub mei regis cura salu briter ducerẽt. Sz factũ ẽ ꝓmissiõe deoz ꝙ sub mee gubernatõis cura p multos felices successus ad por tũ salubris statꝝ sumꝝ feliciter iã deducti. et cũ equũ sit vniuersitas nõ debeat vni tm̃ icũbere/sz equa dis tributiõe ceteros de vniuersitate grauare q̃ iũcto o neri pares existãt. ⁊ q̃ sub eiꝝ onere nõ succũbãt cum iã tps sit me ab ipiꝝ regimis onere releuari. quod su per bumerũ meuz tot ãnis incubuit incõcusse ogruuz est. vt aliquẽ de regibus ⁊ prĩcipibꝫ eligamus q̃ per debitas vicissitudines distributõe fcã nos salubriter regat ⁊ sua discretione gubernet. Agamẽonis igitur colloquio fine facto placuit astãtibꝫ vniuersis cum boim sit viciũ naturale frequẽter de nouo dño gra tulari ⁊ de noua mutatõe gaudere vt eoz eligererur alius gubernator. Et iõ electiõis celebrato scrutinio palamidẽ elegerũt in ducẽ regendi totum excercitum sibi ptãte cõcessa. Inde ẽ ꝙ colloquio dissoluto vi uersi se ad coruz tẽtoria reduxerũt. Cõ postq̃ achil li de agamẽonis mutatione ⁊ subrogatione palami dis per referẽtes inotuit valde sibi displicuit ⁊ irato aĩo iter astãtes asseruit ꝙ agamẽõisnõ fuit necessa ria nec bona mutatio. cũ nec ei sit sikis nec par in dis cretiõe regimis subrogatus ⁊ mutatiões semp fieri ba beãt ad omoda meliora. Sz qz p tot fuerat cõis e lectio celebrata tunc icõcussa remansit.

De nono bello.

Vobus igit' mẽsibꝫ datis ad treugã cũ itegrita te decursis rex priamus cupiẽs filii sui mortem in ictibus ensiũ vindicare. ipe de persona sua oẽs a

cies ordinauit. Et ostitutis ductorib9 sup eis ipe p sonaliter statuit bellum itrare electis .xx. milib9 mili tuz i sue cuneo aciei. Et sicut scripsit dares. c.l. milia e ątũ eo die ex pte troiãoz ad pliũ sunt egressi. Egre dit prio deipheb9/deide troil9/deide paris/ deinde rex priam9 subsequẽter eneas/deiderex menõ. deide polidamas ą usq; ad grecoz licias cũ celeritate festi nãt. Palamides vero iã suas acies ordinauerat q̃ ꝛ otra troiãos veniũt i occursuz. Bellũ letale cõmitti tur ex quo deficiẽtiũ magna seq̃t multitudo Rex añt priam9 i palamidẽ irruit ipm violẽter ab equo pro sternit ꝛ eo ꝓstrato diſſo furibũde se igerit iter gre cos ꝛ mltos ex grecis iterficit mltos vulnerat ꝛ ꝓster nit. Multa fecit eo die rex pam9 de pſõa sua mirabi lia q̃ q̃si icredibilia fcã sunc vt bõ tã senil etatis po tuiſſz talia bellicose sic viriliter omisisse Deipheb9 ue ro grecos oppmit iceſſanter Inter hec ex pte troiano rũ ex sarpedõ bellũ igredit ą i neptolomũ oim gre coz fortissimũ irruit aiose Sz neptolom9 in eq̃ sui cursu ẽgẽ excipit sarpedonẽ ꝛ i robusto ictu sue lãcee ab equo ꝓstrauit illũ i terrã Rex igit sarpedõ pro stratus a terra violẽter exurgit ꝛ pedes vt erat i nep tolomũ irruit ẽse nudo ꝛ ipm potẽter pcutit ẽse suo circa femur ipi9 sic ꝙ ei letale vulnus ifixit Tũc ex p sazz cũ sua acie bellũ itrat ꝛ ẽgẽ sarpedõ equuz fecit ascẽdeꝛ i alioz auxilio troiãoz i quos dux athena rũ ꝛ menela9 i multitudie pugnatoz violẽter irruũt. ꝛ acieb9 eoz circũquaq; diffuſ i medio eoz troia nos icludũt. Regẽ psazz greci tunc interficiũt ꝛ i mul titudine bellantium troiani retrocedere compellunt

in defensionē quoꝝ rex sarpedō multa in sua bellico
sa virtute omisit. Ad hec aūt rex priamus cu filiis su
is naturalibus qui vbiq; sequūt eūdē virtuose suc
currendo troianis in grecos furibnnd9 ābelat eos ni
riliter opprimit ꝛ in multa strage ofundit. Null9 ita
q; fuit ex parte troianorum tā strēnu9 illo die q; tm
in armorū viribus omisit q̄tū rex priamus sol9 ipe
omisit cui dolor ꝛ ira vires vndiq; subministrāt Sz
greci cōsilio inito in eū locū vnde troiani poterant
reditum ad eoꝝ ciuitatē habere ī multa militum glo
meratione ouenīūt ꝛ locū ipm ab eis obsessum occu
pant. Ad quē dū troiani retrocedētes accedere opet
lunt in multitudine pugnatoꝝ loci ipi9 crās. tum ob
sessuꝫ inuenīūt. vbi durissimū pliuꝫ ē omissū. Et ni
fuisset rex priamus qui ex superiori parte ad locum
ipm accessit in pugnātiuꝫ multitudie glomerosa innu
merabiles de gente sua tunc crudeliter amisissēt. Pa
ris aūt supueniēs ex trāsuerso in multa copia gentis
nimiuꝫ bellicose in grecos se ingerit cū eadē que cum
arcubus ꝛ sagittis letaliter grecos pmūt vulnerāt ꝛ
plurimos morti tradūt. sic ꝙ greci sustinere nō valē
tes ict9 leuferos sagittaꝝ ex q̄b9 tā multi defecerant
retrocedētes ad eoꝝ tētoria redire festināt Quosdū
troiani inspiciunt redeūtes eos insequi nullaten9 co
nant. sed ciuitatez eorum lentis passibus intrauerūt
Propter qd̄ eo die sic pliuꝫ fuit dimissuꝫ laude toti9
belli ipi9 diei regi priamo totaliter attribata Sz illu
cescēte māe troiāi mittunt ad grecos inducias postu
lāt ꝛ postulate inducie cōcedunt a grecis q̄ꝝ īducia
rū tēp9 in libro non īuenit expressuꝫ Inter has igit

inducias corpus regis persaꝝ in ciuitate troie flebi liter fuit deductum ¶ Luctus fuit inde maximꝰ iter ci ues ꝛ specialiter a paride q̄ regē p̄dictū dilexerat īte gro sinceritatis affectu. ¶ Quare per paridē extitit or dinatū. ꝙ corpus regis ipius per terrā in regnū psie fuit transductū· vt rex ipe sepeliret ibidē· vbi reges anteceſſores ipius cōsueuerūt hōre regio sepeliri· ꝛ in suoruꝫ duoꝝ p̄ncia filioꝝ· q̄ regi supstites erāt eidē ¶ Qualiter achilles intrādo ciuitatē troiā captus ē amore nimio polixene ipam inspiciendo·

¶ Vrātibus aūt ipius treuge induciis cōcessis tā tempus aduenerat in quo in ciuitate troia de bebat defungi hectoris ānuersariū celebrari ¶ In qua troiani cōstituerūt seruari solenniter quīdecī dies luc tus· ꝛ post eos dies celebranda quedā festa fūeria statuerūt prout tunc reguꝫ ꝛ maiorū nobiliū moris erat. ¶ Inter bas igit̄ induciassecure greci ciuitatē ītra bant ꝛ troiani securi se cōferebāt grecoꝝ ad castra. ¶ Tūc achillē q̄dā īcōsultus rapuit appetitꝰ. vt troiaꝫ vellet adire visurus vrbeꝫ ꝛ solēnitatē anniuersarii supradicti· ¶ Inermis igit̄ ad ciuitatē se contulit ꝛ ap pollinis templū intrauit· vbi corpus hectoris collo catum extiterat· vt est supra relatum. ¶ Ibi enim multi tudo viroꝝ ꝛ nobiliū mulierū āxiosos gemitꝰ corā hectoris corpe ꝓtrahebāt ¶ Erat eī tabernaculū hecto ris ex omni parte vulgatum· sic ꝙ aperte cuilibet il lud videre volenti publicus patebat aspectus. ¶ Erat eq̄dē effigies hectoris ī ea· s. q̄litate ī q̄ fuit cū ꝓmuꝫ ī sede solii extitit collocatū· ¶ Ad hoc virtꝰ aromatū ꝛ liquor balsami totū corpꝰ hectoris firmauerāt īmutati

Corã vero eodẽ corpore ante pedes ipi⁹ erat regina hecuba ⁊ formosa eius filia polixena ĩ multaꝝ mu lieꝝ nobiliuꝫ comitiua q̃ sparsis p eaꝝ pectora ⁊ ter ga capillis flebiles gemit⁹ in multa cordis amaritu dine ab imis pectoribus ꝓducebãt. Dũquid igit̃ po lixena in tantis angustiaꝝ anxietatib⁹ sue ĩmutaue rat pulchritudinẽ faciei. Dũquid color suaꝝ nimid⁹ maxillaꝝ q̃ rosaꝝ rubedine colorauerat genas suas ꝓpter sui doloris angustias a suivigoris nimida cla ritate fuerat exhaustus aut natiuus ei⁹ color roseus labiorum ablatus vel forte lacrime fluuiales ab eius oculis decurrẽtes splẽdorẽ suoꝝ offuscauerat oculo ruꝫ. Sane sic reuera videbat̃ ituentib⁹. vt ei⁹ deflu entes lacrime per maxillas instar illud propriũ vide ret̃ br̃e veluti si quis tabulã recẽtis eboris in suo lac teo candore nitẽtẽ ex guttis aque lucide ⁊ ꝑclare de super irroraret. sicq; eius aurea ⁊ flaua cesaries in multis dispersa capillis auri similitudineꝫ pr̃tabat. vt quasi non viderent̃ eẽ capilli: sꝫ diũcta poti⁹ au ri fila. Quod dũ polixene man⁹ ad disrũpendũ ĩsur gerẽt manib⁹ tãgi nõ videbãt̃ humanis sed numia ex fusiõe lactis aspergi. Achilles igit̃ dũ polixnã ĩsper it et eius ẽ pulchritudinem contemplatus vere suo c cepit in animo nunq; se vidisse puellam nec aliquaꝫ aliam mulierẽ tante pulchritudinis forma vigere. Et ut ĩ eius pson̄a concurrerẽt ista duo tã generosa nobilitas ⁊ tã excellẽtis copie pulchritudo ⁊ duꝫ de siderabili animo in eã achilles suum defixiſſꝫ ĩtuitũ sagitta cupidinis fortẽ achillẽ subito vulnerauit. ⁊ ad ulteriora pertransiẽs cordis ei⁹ ipm mꝛto ardore

amoris obcessuz bachari coegit. Cui dū in eā frequē
tius intuendo sibiipsi placere putaret ⁊ lenire graue
desideriū cordis sui maioris scissure cordis vulneris
seipsuz sibi reddebat actorē. Cui dū polixene pulcri
tudinez notat ⁊ ocipit destruit ipse suā q̄ ex multo a
moris desiderio subitū labit̄ ī squalorem. Quid ul
tra. Amore polixene nimiū illaqueatus achilles nes
cit ipse q̄d faciat. Omnib⁹ aliis curis extrabit̄ ⁊ sola
illa supereſt sibi cura polixenā tm̄ ītueri dū pōt. ꝓp
ter quod dilatat āpli⁹ plagas suas ⁊ sui amoris vul
nera magis sui cordis attrahit ī profundum. Peruz
cū iā dies declinaret ad vesperas ⁊ regia hecuba cū
eius filia polixena a templo descēderēt lacrimis fine
facto achilles dū potuit ipsam ē dulcib⁹ aspectibus
insecu⁹ que fuerat cā ⁊ pricipiū sui morbi Stupefac
tus igit̄ ⁊ multi desiderii languoris fact⁹ īpatiens
ad hospicium suū declinat stratū petit ⁊ ī ipso se ꝓ
sternit. ⁊ eo in multaz curaz aggregatōib⁹ inoluto
eius anim⁹ exacerbat⁹ ītrīsec⁹ sentit ⁊ percipit q̄ po
lixene amor īmensus ē cā efficiens sui lāguoris. Tūc
tacito murmure ītr se dicit hec verba Ve mihi quia
me quē viri fortissimi ⁊ robusti uincere minie potue
rūt quē nec ille fortissim⁹ hector q̄ fortissiōs oēs ex
cessit fragilis puelle deuicit ītuit⁹ Et si ea ē cāefficiēs
mali mei cuius saptētis medici possuz sperare medelā
cū ipsa sit q̄ sola mihi pōt eē medicus ⁊ medela salu
tis quā nec preces mee nec multaz precia facultatuz
nec mearū virū fortitudo nec mea generosa nobili
tas mouere poterūt ad lubricū pietatis. q̄seni furor
sic meum aīm occupauit ut illam diligam ⁊ affectem

que me habet odio capitali. cū ego ī regnū suū adue neri eā suis orbare parētib9 ꝛ iā orbaueri iclito fra tre suo. Qua igit fronte (ut amātes ceteri) ipsaz alli cere potero ad motū flexibilis voluntatis cū ipa in nobilitate ꝛ diuitiaz potētia me penitus ātecellat. ꝛ tanto vigore pulchritudis vigeat sup alias mulieres que oīa eius aīm in elatione ꝺseruāt. Sane oīs mihi via videt eē ꝑclusa p quā mihi ꝓuidere valeā in sa lutē. Et ouers9 ad parietē fundit totus furtiuis in la crimis. ne aliquis percipiat suos dolores. Et demuz suas lacrimas abstergendo ea in suspiria crebra com mutat ꝛ sic deliberatione multa correptus tacitus in mente sua vias plures exquirit quib9 ad sue salutis possit beneficiuz peruenire. a strato igit surgit ꝛ a su is famulis aqua petita faciē suā lauat vt suaz signa lacrimaz abstergat.

De achille intercepto adhuc amore polixene ꝛ bel lare nolente.

Quemēte igit nocte diei ipsi9 cū adhuc treuga duraret achilles suo tacēs ī lecto totā nocte ꝑteriuit ī somnē cogitās q̄liter ad beceubā suū dirigat nūciuz in secreto tractaturū cū ea vt si ei9 filiā polixenā sibi vellet ꝺcedere ꝫugal federe mrīmonii collocādā ꝛ q̄ eā sibi tribuat in vxorē ipe faciet ꝛ ꝓcurābit q̄ tot9 greco9 excercitus a troiāe ciuitatis obsidiōe discedz ꝛ sine troianorū lesione in greciā reuertet oī scādalo quietato absq̄ alicui9 alteri9 ꝺtradictōis euētu. quā ipsius mane aurora surgente quemdam suuz secreta rū ꝛ sibi valde fidelē velociter ad se vocat. Cui pa tefactis sui cordis archanis ꝛ iniuncto sibi de borū

tacita occultatione fideli firmiter mãdat illi / vt ad reginam beccubã se dirigat ĩ secreto data sibi forma mandati. Cui statĩ iussui sui dñi fideliter obsecũdãs se ꝓtinus accĩxit ad iter ⁊ ad reginã beccubã veniẽs in secreto legationẽ sui dñi fideliter pãdit illi. Regĩa vero beccuba que multa discretiõe vigebat verbisip sius nũcii placido aĩo itellectis. licet multa suspiria a pectore resoluisset nũcio. sic ad eius verba respon dit. Amice ad tuuz dominũ redeas. ⁊ illi ex mea par te secure prõmittas ꝙ q̃tũ in me ẽ leto aĩo sum para ta vota eius iplere. Oz ut res ipa finẽ debitũ ꝺsequa tur necesse ẽ me volũtatẽ regis priami viri mei ⁊ filii mei paridis explorare. De quoz dũ fuero cerciora ta rñsis die tercia ad me redire curabis responsum a me vt fieri poterit recepturus. Auditis ergo verbis beccube rediit nũciꝰ ad achillẽ. ⁊ nũcii sui audito res ponso in suis doloribꝰ respirauit achilles dũ uerbo rũ spes eius exhilarauit aĩm. ⁊ sub ipiꝰ spei fiducia quodãmõ requieuit. Regĩa vero beccuba regis ⁊ pa ridis hĩlitate captata in secreto refert illis uerba q̃ si bi achilles p nunciũ suũ misit. quibꝰ auditis rex priamꝰ p magnã horã iclinato capite nihil dixit diuersi mode cogitãdo sup verba eiusdẽ. Demũ regĩe beccu be sic rñdit O q̃ durũ aĩo meo videt illũ ĩ amicum recipere q̃ tãte ĩmicicie odio sic grauiter me offendit vt ab oculꝭ meis mihi lumẽ eruez hectore interfecto ob cuius mortẽ greci resumpserũt audaciã otra me ĩ meuz ⁊ meorum exterminiũ anhelãtes. Sed vt dein ceps si qua sunt futura grauiora vitemus vt saltim alii filii mei mihi seruentꝭ incolumes ⁊ vt ego in meo

senio a belli laboribus ꝯquiescã inuitus assentio vo
tis suis ita tamẽ ut ipe prius perficiat quod ꝓmit
tit ne forte sub alicuius dolositatis machina decipeꝝ
nos intendat. Paris vero uerbis regis auditis ꝯsili
um regis probat ꝛ suuꝫ forte sic de facili accõmoda
uit assensuꝫ pro eo ꝙ iter ꝓmissa ipius achillis bele
na ꝯsors sua priori nõ erat restituẽda marito. ſꝫ pe
nes eum deberet ppetuo remanere. Die uero tercio suc
cedente achilles ad reginã hecubã predictũ nunciũ
suuꝫ misit q̃ cum accessisset ad eã i secreto regia hecu
ba sibi dixit se a rege priamo uiro suo ꝛ a paride na
to suo sup uerbis ab achille trãsmissis habuisse rñsuꝫ
per quod placꝫ ãbob9 ꝛ mibi similiter ipl̃ere votuꝫ
achillis si tñ ipe prio sue ꝓmissiõis debituꝫ finaliter
exequat. Est ergo in ei9 ptãte pñtis negocii velle cõ
seq̃ votũ suũ dũ tñ iteri res ipa pfici valeat secreto
ꝛ caute generat. Et sic nũcio data licentia redit nun
cius ad achillẽ cui ꝯcta q̃ sibi dixerat hecuba fideli
ter patefecit. Achilles aũt feruentis amoris nexibus
alligatus dũ per aliã viã percipit de polixena non
posse satisfacere uotis suis mẽtaꝫ exagitat ifestatõe
curaꝫ dũ i mente sua anxiose reuoluit se regi ꝑamo
grauia ꝓmisisse q̃ absolute nõ erãt i sue plenitudine
ptãtis. Et enĩ mos ẽ ꝛ ꝓpriũ oĩm uiciuꝫ amatoꝝ vt
eoꝝ ꝯcupiscentie desiderio estuãte sibi magna ꝛ ipos
sibilia i ꝯsulto colore ꝓmittãt. Putat tñ achilles de
suorum ꝯfisus meritorum gloria ꝛ si se amplius gre
cos iuuare negauerit ꝙ greci sibi ꝯsentiãt de recessu.
ꝛ ꝙ troie obsidione desirta ad propria remeabunt.
Propter quod reges ꝛ principes grecorũ cõsentiẽte

palamide achilles ad colloquium vocauit. Quib9 venientibus achilles hec verba ꝓposuit inter eos Amici reges duces ⁊ principes vos oēs q̄ mecū vna presentis guerre sarcinā tāq̄ cōes prīcipes īsimꝰ sup portam9. vnde nos tā īcōsulte deliberatiōis spūs in stigauit. vt pro vnius bōis. s. dñi menelai vxore īcu perāda viz dña belena dimissis regnis nrīs ab aliis lacerādis nrā etiā prīa vxoribus nrīs ⁊ filiis ī terrā accesserimus alienaz. ꝑ cuius recuperatione iā feceri mus ꝓdigaliter tā graues expensas personas nrās morti subiecerim9 ⁊ laboribus īfinitis cū iā de nobi lib9 nrīs ⁊ militibus fortibus ⁊ robustis multi sunt morti traditi/qui forte nobiscū adhuc hodie ī eorū incolumitate vigerent. ⁊ ego in multis vulneri b9 iaz receptis a me multū mei cruoris amiserī. ⁊ non sunt multi dies ꝙ in morte hectoris receperī tale vulnus ex quo nunq̄ āplius posse viuere ofidebā. Ūquid belena tāti p̄cii ē ꝙ pro eius recuperatione mori tot nobiles ꝺringat. Sane sunt in diuersis mundi parti bus multe nobiles mulieres de q̄b9 nō tm̄ vnā verū duas plures ue p̄ōt rex menelaus sibi eligere in uxo rem pro qua subire tot labores totā grecīāneceſſe nō eēt. Nec enī leue ē troianos posse deuīci cū ipī fortiſ simā habeāt ciuitatē ⁊ īfinitis pugnātib9 militibus ⁊ peditibus cōmunitā. Et cū iā ex eis fortissimū hecto rē morti dederimus ⁊ nobiles multos ex eis p̄ōt no bis ammō abunde reuera sufficere vt ī hōris nrī lau de ad ꝓpria redeam9 Nec si dimitterem9 belenā irre cuperatā non multum graue nobis videri p̄ōt cū de troianis sororē regis ꝑami apud nos bēam9 exionā

cui helena in nobilitate p̄ferri nō p̄ot ⁊ sic achilles su
o colloquio finē dedit. Sz rex thoas ⁊ menestē dux
athenarz in multoz verborū exprobratiōis affluen
tia otradicūt achilli. Similiter maior pars regū ⁊ p̄n
cipū achillis osiliuz reprobāt nolentes achillis cōsi
lio consentire. Quare achilles iracūdia multa motus
mirmidonibus suis mādat vt otra trotanos āplius
arma nō eleuēt nec grecis p̄sumāt āpliꝰ auxiliū exbi
bere. Interea aūt in grecorū excercitu victualia defe
cerunt. vnde fames inter eos maxima ē exorta. Qua
re palamides osilio celebrato cū omnibus procerib9
⁊ maioribus grecoz excercitus oēs ouenūt ī hoc ut
agamēnonem regē apud messaz ad regē thelephū cum
nauibus mitterēt vt nauibus ip̄is onustis redeūtib9
cū eoz in maxīa uictualiuz q̄ntitate a grecorum exce
tu omnis depellat inopia ⁊ greci ip̄i magna gaude
re valeāt vbertate. Agamennon vero iussa sui ducis
grataner acceptās apud messaz cū predictis nauib9
se otulit incūctanter et eo sibi feliciter applicante rex
thelephus agamēnonē cuz multa iocūditate recepit.
Et demū oneratis nauibus ip̄is in multa victualiuz
q̄ntitate ⁊ ꝑpriis rebus edibilibus ad vsuz bunanū
felici nauigio in grecoz excercitū remeauit vbi ī max
imo gaudio fuit receptus. Palamides sui regiminis
curā babēs oēs grecoz naues q̄ cuz excercitu trotā
aduenerāt intueri ⁊ reparari mandauit. vt in refecti
onis eaz opere possent salubrius oseruari. ⁊ vt eas
babilius in eorum occurrentibus necessitatibus pa
ratas baberēt.

¶ De decio bello ⁊ de morte deiphebi regis sarpe donis et morte palamidis.

Oducis igit' datis ad treugã finaliter euolutis ãbo exercit⁹ ad bellũ cõueniũt ⁊ durũ belluz cõ mittit' inter vtrosq; Deiphebꝰ vero tũc in regẽ creseũ de aresta irruit aiosẽ quẽ rex creseꝰ potẽter excepit in veloci cursu equi sui ictussa foru lãcea cõtra eum Sed deiphebꝰ ĩ ictu sue lancee sic ipsũ potẽter ĩpulit ⁊ pcussit q regez creseuz mortuũ ꝓstrauit ab equo ⁊ sic rex creseꝰ finiuit vltiõs dies suos. ¶ De morte igit' regis creseꝰ multũ deortati sunt greci ⁊ isistẽtibꝰ tro ianis viriliter cõtra eos greci sunt dare terga coacti qui ad fugã ꝑcipites se dederũt. Sed palamides et diomedes cuz vigĩti milibus pugnatoꝝ succurrerũt grecis troianis occurrũt necnõ ⁊ cuz eis strẽnuꝰ thelamoniꝰ aiax qui thelamoniꝰ statim irruẽs ĩ sisienuz naturalẽ filium regis priami ⁊ sic ipsuz grauiterin bra chio vulneranit q ex tunc sisienꝰ factꝰ fuit inhabil' ad bellãdũ Qñ vt vidit deiphebꝰ totꝰ motus est in furore et in thelamoniuz tũc irruit furibũde sic q ip suz vulneratuz ab equo deiecit Quẽ palamides appe tens vindicare accepta quadaz lancea ĩ deiphebum irruit et sic acriter ipsum iupulit q fracto scuto et lo rice squamis in multa virtute disruptis lanceã suaz in deiphebi pectus immisit et lancea ipsa fracta trũ cus cum ferro in deiphebi pectore remansit ifixꝰ Paris autem frater deiphebi qui tunc erat ĩ eo belli loco vt vidit deiphebum sic letaliter vulneratum in labore maximo necnon et copia lacrimarum cum bellicis extraxit a turmis et illũ iuxta ciuitatẽ deferr

curauit. Vbi postq̄ fuit delatus deiphebus apertis oculis inspexit paricē frēz suū q̄ dixit ei. Hunquid frater mi ad inferos descēdere me permittis. Multuz rogo vt anteq̄ iste truncus a vulnere mei pectoris e ruat cōtra interfectorē meū festināter acceleres. ⁊ sic laborioſe procures q̄ anteq̄ moriar eius manib9 de ficiat interfectus. Paris aūt verbis vulnerati frīsau ditis in multa doloris angustia moribundo frē flic to festinat ad bellum totus aspersus ex lacrimis pre dolore duz post mortē deiphebi frīs sui āplius viue re non affectet. Palamidē igit studioſe querit inter acies bellatoz palamidē inuenit otra regē sarpedo nē viriliter pliantē. Rex enī sarpedon palamidē iua serat ⁊ dum ip̄m interficer conaret palamides ī ip̄m regem sarpedō furibundo irruit ense nudo cum quo sic grauiter vulnerauit ip̄m in femore q̄ femur ei9 di uisit ab inguine ⁊ statī rex sarpedō cecidit interfect9 Paris āt vidēs tam graue mortalitatisexiciū quod palamides in troianossic crudeliter omittebat adeo q̄ iā eos ad fugā de necessitate opulerat ī multis dis pendijs occisoz tenso arcu suo in suoz fortitudine brachioz palamidē acutis aspectibus ītuēdo ī quo loco persone sue posset ip̄m letaliter magis offendēr quadam venenata sagitta in ip̄m emissa ip̄m percus sit in gula sic q̄ per venā eius organicā trāsiens ip̄m protinus interfecit. Quare palamides mortu9 p̄ceps peruenit in terram. Exclamāt igit greci anxiāt ⁊ do lent in tanti morte ducis eoz ⁊ stupefacti.illico cam pum deserunt ⁊ fuge precipiti se omittunt ⁊ usq̄ ad eorum castra fugiendo peruenīunt. quos troiani in

ore gladii letaliter persequuntur. Sed greci ante eoꝝ tentoria se vertunt hostiliter otra troianos in virtute nimium bellicosa. ⁊ opponentes se eis resistunt viriliter otra eos. Troiani vero resistentiã attendentes illico ibi descendunt ab equis ⁊ durũ tunc cõtra grecos inire certamen. Sic pedites otra eos viriliter rẽsistentes. ꝙ irruentibus eis in eoꝝ tentoriis tẽtoria ipsa exponunt ad predã. Multa ex eis argentea vasa diripiunt. ⁊ multã auri ⁊ argenti copiã q̃ in repositoriis inuenerunt eoꝝ. Tũc paris ⁊ troilus ad littus maris aduenium cum triginta milibus pugnatorum qui statim mãdant in grecorũ naues immitti ignem. Nec mora multa in multis grecoꝝ nauibus incendia submittunt. Dñ vicinus aer eoꝝ nigrescit ex fumo qui primus incalescit dum incendia ipa in maiores flammas eructuãt trepidantibus in faucibus. Illuminat igit aer ex splendore flammaꝝ. ⁊ loca eiꝰ vicia reluceſcunt. sic ꝙ flamme ipe ab existentibꝰ in muris ciuitatis libere videbant. Oꝝ ad hec cuꝝ maxia pugnantium comitiua grecorum ex parte thelamoniꝰ aiax aduenit qui otra troianos durissime resistentie defensionem iniecit. Letiferum igit omittit plium ⁊ inter eos strages fit maxima cum multa ex vtraq̃ parte occisoꝝ cadãt cadauera circũquaq̃. Tũc etiã tota nauium cõgesta ogeries sine dubio exusta fuissꝫ. nisi ille thelamoniꝰ aiax qui tunc de persona sua mirabilia commisit viriliter restitissꝫ. ⁊ tamen plusq̃ quĩgẽte de nauibus ipis igne osumpte fuerũt. Illic in tãta virtute preualuere troiani. ꝙ preter occisos ex grecis ipsi sunt innumerabiles vulnerati ex quibꝰ plures q̃

propter vulnera doloris angustias non poterãt to
lerare a prelii conflictu se in multis debilitati pericu
lis abstraxerunt. ex quibus heber filius regis tracie.
ex quadam lancea letaliter vulneratus. dum truncuz
gerebat in corpore ad achillis tentoriuz properauit
qui tunc in ipo tentorio morabat. ⁊ eo die propter
amorẽ polixene ad bellum exire negauit. Heber autẽ
sic letaliter vulneratus multum improperauit achilli
cur sic crudeli modo contra cõpatriotaz excidium
eos turpiter mori permittat. qui in sue virtutis pre
sidio ipsos iuuare poterat ⁊ tueri. Trũco igit ab he
ber pectore violenter abstracto heber corã achille lã
guentibus oculis protinus expirauit. Et nõ p9 mul
tam horam quidaz achillis famulus a bello veniẽs
ad achillis tentorium properauit. qui interrogatus
ab achille quid eẽt de grecorum excercitu. ille su9 fa
mulus dixit illi. Domine o q̃ male succesit hodie gre
cis nrĩs propter immensam multitudinez troianoz
interficientium in ore gladii grecos ipsos. Nõ enim
creditur q̃ de troianis omnibus bellicosis qui erant
in troia vnus remanserit in eadem. cũ omnes ad bel
lum ipsum venerint. ⁊ grecos sic oppresserunt violen
ter. Quare reuera mi domine cum troiani ipsi iaz sint
multo labore lassati si animi vobis eẽt nunc belluz
ingredi contra eos eterne fame memoriã possetis vo
bis exinde acquirere Nam per solum ingressum vrẽ
virtutis in bello omnes statiz essent troiani deuicti
qui propter eorum lassitudinem contra vires vrãs
manus erigere non auderent. Achilles igit nec ad uer
ba sui famuli applicat animũ nec ad heber mortuum

sua lumina (saltim ex humanitate) retorquet. Sz ō
nia que vidit ꝛ audiuit tanꝗ ĩaudita dissimulat ve
lut ille qui amoris vinculis alligatus oĩa pretermit
tit. Est enĩ mos oĩm amatoꝝ. vt amoris vulneribꝰ
obcecati hōris laudes eoꝝ effugiãt putantes eorum
amatricibus displicere etiã si cum magna ignominia
a bonoꝝ opeꝝ laudibus otingeret abstinere. Bellũ
igit' interĩ feruet asperrimũ inter troianos ꝛ grecos.
sed cum dies iam vergeret ad solis occasuꝫ belluꝫ di
rimit'. ꝛ troilus ꝛ paris cum troanis eorum a prelio
discedentes ad ciuitateꝫ propriam redierũt. Hōduꝫ
enĩ deiphebus q̃ sua protrahebat extrema mortuus
fuerat cum paris ꝛ troilus ante eum insimul venien
tes deiphebuꝫ in multis angustiis ꝛ clamore vlulãt
ante eum. Mori cum eo finaliter cupiunt tãꝗ illi qui
opremunt' nimio pre dolore Deiphebus aũt palpitã
tibus oculis ꝛ in voce quasi deficiẽs querit a paride
si sit eius mortuus interfector. Cui de morte eiꝰ per
paridem factus certus mandat ab eius vulnere trun
cum euelli. quo euulso deiphebus illico expirauit.
De morte vero deiphebi vniuersi troiani dolore ni
mium oprimunt' dolores. tamẽ regis priami. ꝛ regiẽ
beccube sororis ꝛ fratrum deiphebi cũ sit enarrãr su
perfluũ. necnon planctus ꝛ lacrime que ꝓ rege sarpe
dõne effuse fuerunt omissuꝫ ẽ in hac parte Rex tamẽ
priamus corpus deiphebi in precioso monumẽto sta
tuit sepeliri sicut ꝛ corpus regis inclti sarpedonis.
In castris vero grecoꝝ de morte palamidis planctꝰ
fit maximus. ꝛ eius corpore tradito sepulture greci
ueniũt ꝛ cum sine ducis industria eẽ nõ possunt de

consilo nestoris cõmuniter acceptato regẽ agameno nem ĩ eoꝝ ducem exercitus ⁊ principẽ iterũ elegerũt.

De mirabili potentia troili.

Sequẽti vero die troiani cum acieb⁹ eoruꝫ belli cis ordinatis egrediũt ad bellum Cõtra quos greci ſtatĩ irruũt aĩmoſe ꝓpter qd̃ bellum durum ⁊ mittit ĩter eos ex quo mortuoꝝ ſequit magna cedes Sed cũ eo die nubiloſ⁹ ⁊ obſcurus aer multas plu uias effudiſſꝫ nichilomin⁹ bello feruẽte mꝰtoꝝ mort uoꝝ ſanguis effũditur ⁊ increbris ictibus enſiũ multi deficiunt de grecis amplius ꝙ troianis. Tunc troil⁹ in armatoꝝ maxima comitiua bellũ ingredit quem greci ſuſtinere aliquatenus non valẽtes fugiũt ante eum ⁊ fugiẽtes in multa affluentia pluuiaꝝ duertũt ad caſtra quos troiani vſq ad eoꝝ tẽtoria ĩſequunt Et demũ eis dimiſſis ibidẽ ꝓpter turbati tpis tem peſtatẽ ad ciuitateꝫ eorum redeunt ⁊ ſe recipiũt ĩ ea dem Sequenti vero die inter eos letale prelium ĩſtau ratur ⁊ bello cõmiſſo troilo ad prelium veniente mul tos ex grecis interfecit plures eorum nobiles comi tes et barones ac maiores ⁊ ſic eo die vſq ad noctis tenebras fuit pugnatũ ſic ſineintermiſſione proxime ſubſequentes ſeptem dies Et dum greci ãplius ſuſti nere uon valerent propter multoꝝ corpora mortu orum duorum menſiuꝫ ĩducias in firmitate treuge aĩ ge priamo per eoꝝ nuncios petierunt que oceſſẽ fue runt ab eo treuga iurata. Infra tẽpus vero treuge ꝺ dicte agamẽnon ad achillem nuncios ſuos miſit du cem videlicet neſtorem ulixem ⁊ diomedem. vt achil lem moneant ⁊ inducant ꝙ ad bellum cum aliis gre

cis ammodo veniat ꝙ suos grecos sic interimi crude liter ab eorum hostibus non permittat. qui dum ad achillem veniu ut eos achilles in maxima iocundita te recepit. Et consedentibus eis simul ulixes primo allocutus est achillem dicens. Domine achilles non ne intentionis vestre ꝙ omnium nostrum fuit tot re gum videlicet ꝙ principum regna nostra deserere ꝙ ī regnum regis priami in forti brachio nos conferre vt regem priamum ꝙ suos morti tradere valeremus. ꝙ ciuitatem suam troiam perpetuam euertere ī ruinā Vnde nunc vobis animus nouus aduenit. ꝙ volūta te mutata in contrarium declinaueritis motus vrōs post tot damna nobis in hac terra a troianis illata post tot angustias ꝙ dolores. cum troiani tot reges ex nostris ꝙ nobiles neci tradiderint. tentoria nos tra spoliauerint. ꝙ exposuerunt ad predam. ꝙ tot in cendio exusserint naues nostras. Nonne in virtute vestri brachii ad spem ia3 victorie nostre peruenim9 qui fortissimum hectorem morti tradideritis inter emptum a quo troianorum spes salutis ꝙ eorum vic torie dependebat ꝙ nūc deiphebo mortuo fratre ip sius hectoris omnis spes salutis a troanis penitus sit sublata. Et nunc vos qui in vestrarum viriū po tentia tante fame gloriam quesiuistis vultis vt nunc tante fama glorie vestra per actus contrarios extin guat. vt sustineatis etiam gentem vestrā amare mor te succumbere quam tanto tempore in effusione pro prii vestri sanguinis defendistis. Placeat āmō ergo vobis domine ipius fame vrē gloriam manutenere

viuacem ⁊ tueri vestros. qui sine potētie vestre sub sidio nihil possunt. Ad hoc vt bello de cetero cōtra hostes vestros dirigatis arma victricia. vt ab ipsis celerem possimus obtinere victoriā. vt per vos pro certo speramus. Et ad hec vlixes p̄dicto suo collo quio finez fecit. Achilles vero hoc mō tunc ad vlixis verba respondit. Domine vlixes si vt dixistis ad terram accessimus eo proposito quo in sermone vestro placuit declarare vobis secure dicer̄ possum⁹. q̄ magne facultatis aura nos īpulit ⁊ maxie stulticie spū sra puitsens⁹ nrōs. vt propter vni⁹ duz taxat regis vxorem vz domini menelai tot reges ⁊ principes se morti subiecerīt. ⁊ quod nos per troianos crudelicer moriamur in regionibus alienis. Nonne melius fuisset ī dicto palamidi in nobili suo regno morari/ q̄ fuisset morti traditus in prouincia aliena. ⁊ alijs regibus nris qui in bello perempti vitā extra regna ꝓpria finierunt. Sane cuz maior pars mundi tā militū q̄ nobiliuz sit ī hoc exercitu ogregata. si oēs eos oīgat deficere in hac terra reficiet̄ ⁊ ꝓpagabit̄ mund⁹ tot deficientib⁹ nobilibus ex vili ꝓgenie rusticoꝝ Nōne ille fortissim⁹ hector vitā miserabiliter ī hoc bello finiuit. Sic de facili possez ⁊ ego q̄ tāte fortitudinis nō existo. Req̄rer̄ me igit̄ ꝙ rogar̄ q̄ otra troiāos ꝓcedā ad bellū ē labor amissus nec eī mei ꝓpositi nec itētio mea ē me āpli⁹ mortalib⁹ bellis ingerere. Dam malo mee strēnuitatis famā extīgui poti⁹ q̄ psonaz ꝓbitas eī ⁊ si qñz laudet̄ repēte obliuio eā subiūgit Satis itaq; nestor ⁊ diomedes achillē ī eorū sermonibus allicere studuerūt sed nullo mō potuerūt ipm

inducere. vt nec eorum sermonibus / nec agmēnonis
pcibus consentiret. ¶Persuasit tamen eis vtile eē pa
cem querere troianoꝝ. anteqꝫ in eoꝝ bellis tot nobi
les pereāt ꝛ succumbant. ¶Redeunt ergo ad agamēno
nē vlixes diomedes ꝛ nestor ꝛ ei cuncta referūt. que
ab achille per ordinem didicerunt. ¶Quare agamēnō
omnes reges grecorum ꝛ principes ꝛ maiores ad col
loquium cōuenire mādauit. quibus oīb9 simꝫ iūctis
in vnum voluntatem achillis ꝛ ei9 resistentiā publi
cauit qualiter ipe rogatus ab eo ꝛ ab aliis grecoruꝫ
principibus venire cōtra troianos ad bellū absolu
te negauit. ꝛ qualiter ipe grecis reditum ad propria
psuasit ꝛ pacē q̄rere cū troianis. De his igitꝫ q̄d anī
vobis sit ꝛ quid a nobis sit de cetero faciendum. v
nusquiscꝫ vestrū (si placet) voluntatē suā exīde ma
nifestet. ¶Et sic agamēnō suo colloquio finē fecit. ¶De
nelaus vero q̄ prim9 in loquēdo surrexit pacē q̄rere
cū troianis satis dixit eē iniquū cū hectore ꝛ deiphe
bo mortuis troiani se magis mortuos reputēt q̄ vi
uētes ꝛ certū sit āmō q̄ absqꝫ achillꝫ potētia de troi
anoꝝ victoria sim9 securi. ¶Quibus vlixes ꝛ nestor menela
o mirabiliter otradicūt dicētes nō eē miꝫ si menela9
bellū appetit ꝛ reditū dissuadet cū ī recuperatiōe sue
vxoris spiritus eius totus anhelat. Nec enī adhuc
pōt censeri troia hectore ꝛ deiphebo mortuis vidu
ata. cū ibi sit alius hector q̄ nō miori pdit9 ē virtute
iclitus. ille. s. troil9 q̄ non minus q̄ si hector viueret
grecos affligit ꝛ sit ibi alius deiphebꝰ videlicꝫ paris
qui non minoris virtutis deiphebo ī bellandi virtu
te persistit. ¶Quare pacem per omnia suadent. et

reditum post pacis effectum. Calcas vero troianoꝝ proditor ⁊ antistes quasi furibundus exclamans inter grecos dicẽs. O viri nobiles quid facere cogitatis ꝯtra voluntatem ⁊ iussa deoruꝝ. Dii enĩ ꝓ certo vobis victoriã spondẽt vt infallibiliter ab eoꝝ ore percepi. ⁊ diis illudere non sit tutum nec eorũ iussiõibus cõtraire. Arma igit̃ capite contra troianos instaurate viriliꝰ ꝯtra eos nec deficiat manus vrãe donec de eis speratã victoriã cõsequi valeatis. quaꝝ dii vobis cõsequi irrefragabiliter statuerunt. Adverba igitur calcantis antistitis vniuersi greci contra troiãos vigorẽ ⁊ durũ aĩm resũpserũt. nec curãtes de achilꝛ subsidio ac si ipe nõ eẽt aliquatenꝰ inter eos.

De vndecimo bello.

Deductis igit̃ duorũ mẽsium iam exactis datis ad treugã greci eoꝝ ordinatis aciebus ad bellũ egrediunt̃ viriliter causa pugne. Cõtra quos troiani qui tunc fuerunt ad bellum egressi festinanter occurrunt. ⁊ bellum asperum commictit̃ inter eos. ⁊ multa cadunt hinc inde cadauera mortuoꝝ. Tunc troilus bellum intrauit in maxima pugnãtium comitiua grecos interfecit. dum mortem sui fratris properat vindicare. Scripsit dares ꝙ eo die troilus mille milites interfecit ex grecis. Greci fugũt ante eũ dare terga coacti. quos troiani vsq; ad eorũ tentoria in ore gladii persequuntur. sed nox superuenit ⁊ prelium separat̃ Sequẽti uero die duodecimũ bellũ durum ⁊ aspimũ est commissum. cum greci ad vindictam suorum viriliter anhelantes dira morte insistunt contra troianos. Illic enim diomedes mirabiliter cõtra troiãos

insecuit ⁊ multos ex trolanis interficit vulnerat ⁊ ꝓ
sternit. Sed troilus qui vidit diomedē quē bene cog
nouit otra troianos sic acriter insistentē ī veloci cur
su equi sui ⁊ lancea sua protensa in diomedem irruit
quē diomedes aīose excepit. Diomedes āt in troiluz
lanceam suā fregit nō tamen offendit eū aliqua lesi
one. Sed troilus sic fortiter i diomedē impegit ꝙ ip
sum ꝓcipitē deiecit ab equo. et mortaliter vulnerauit
adeo ꝙ quasi mortuus peruenit ī terrā. Troilus āt
amorem briseide diomedi opprobriosis verbis īpro
perat. Sz greci diomedē cū multo labore quasi mor
tuū ab equoꝝ pedibus abstraxerūt ipm in scuto ad
sua tentoria deferentes. menelaus āt vt vidit diome
dē sic grauiter vulneratuz. ⁊ ab equo detectum equū
suū coegit in cursuz ⁊ otra troiluz irruēs troilū ab e
quo deicere fuit innisus. Sz troilus eadē lancea qua
vulnerauerat diomedem cū nōdū sensisset viciuz frac
tionis menelaum percutit sic ꝙ ipm deiecit ab equo.
⁊ letaliter vulnerauit quē sui a pedibus equoꝝ vio
lenter abstractū scuto ad sua tentoria detulerunt. A
gamennon igitur videns suos in bello quasi deficer
coactis multis aliis ipse cum suis viriliter in troiãos
ipsos viriliter grassatur ⁊ multos interfecit ex eis.
Sed troilus in agamennonem irruit/ipsuz ab equo
prosternit non sine vulnere/ licet non letaliter vulne
ratum. Agamennon autem suorum adiutorio equū
ascendit. ⁊ maiorum suorum timendo iacturā eo die
bello finito a rege priamo sex mensium inducias per
nuncios suos exposcit. Sz rege priamo habito con
silio super eo rex ipse inducias ipsas indulsit cum

multis de suis fidelibus nō fuisset acceptuz tam lon
gas debuisse inducias indulgere. Interī briseida con
tra sui patris voluntatē videns diomedē in lecto ta
centē ex uulnere sibi facto frequenter accedit. Que li
cet sciuisset ipm a troilo duduz dilecto sibi sic grauī
ter vulneratum multa tñ in sua mente reuoluit q dā
diligenter attendit de se iungenda cū troilo nullā su
peresse sibi fiduciā totū suuz aīm tanq varia ꝛ mu
tabilis (sicut ē proprium mulierꝝ) in diomedis decli
nat ꝛ ouertit amorem ꝓponens in corde suo āplio
rib9 expectationibus nolle diomedē retrahere/ sed q
primū oualescentiā fuerit adeptus absolute facē uel
le suū cuz i ei9 amore tota deferueat ꝛ flagrāti desi
derio penitus incalescat. Rex vero agamēnō ifra tē
pus inducias ipaz se contulit ad achillem in ductis
nesteris comitiua quē achilles vultu iocūdo recepit
Tunc agamēnō ipm alloqt vt ad bellū āmō veniat
ꝛ grecos suos perire āplius nō dimittat. Satis erga
achillē tunc īstitit agamēnō Sed achilles ī duro cor
de uoluit aliqua prece moueri. Verum pro eo q a
chilles agamēnonem sincerīter diligebat. omnes mir
midones suos absq se in bello sibi habere concessit.
de quo agamēnon ꝛ nestor multas sibi assurgunt ad
grates. Demū agomēnon ꝛ nestor ab achille quesita
licentia ad eoz tentoria redierunt. Elapsis vero p
dictis īductis agamēnon cum suis ad pliuz se accigit
Achilles aūt vniuersos mirmidones suos armari mā
dauit quos ipse ad armanduz aduuit assignās vni
cuiq ipsorum quedam rubea interſ.gnia ꝛ in rore la
crimarum egrediendi ad belluz licēciā eis dedit Tūc

mirmidones lento passu ad bellum accedũt quod iã
exuterat inchoatuz. Quare in bello ipo troiani gre
cos mirabiliter opprimunt/sed dux athẽaz viriliter
eos defendit. In quẽ superueniens troilus irruit ꝙ ip
suz ab equo ꝓsternit ꝙ de mirmidonibus multos le
taliter vulnerauit. Eo igit die usqz ad noctis tene
bras extitit ꝑliatũ. sed superueniente noctis vmbra
culo a prelio fuit cessatum. Sequenti vero die ãbe p
tes ad preliũ accingũt bellũ omittit multo asperri
mũ Rex ãt philimenis ꝙ polidamas regez thoas ca
piũt ꝙ captiuũ ducere conãt. Sz mirmidones virili
ter eis resistunt ꝙ ipm a manibus eoz eripiũt. Tunc
troilus se ingerit inter eos ex mirmidonibus multos
vulnerat multosqz ꝓsternit ą facientes durũ ipetuz
otra eũ equũ sibi interficiũt. ꝙ ipm itercipere moliũt
Tunc paris cũ suis fratrib9 naturalib9 in medio mir
midonum uiriliter se ingessit eos opprimit vulnerat
ꝙ disrũpit ꝙ troilũ liberat qui statĩ aliũ equũ ascẽdit
Pro liberatione ãt troili tũc letale ꝓliuz fuit omissuz
vbi tunc mirmidões emargarõ vnũ ex filiis ꝝgis ꝓa
mi naturalib9 occiderẽt Troil9 uero ꝙ suã iniuriã ꝙ fris
sui mortẽ cupiẽs vindicare in mirmidones acriter ir
ruit multos ex eis vulnerat ꝙ in subsidio paridis ꝙ
naturaluz fratrum suoz nimiũ eos infestat. Sz nec
leue erat mirmidones posse confundi cũ iter se multa
strennuitate vigerẽt. ꝙ cẽnt i ꝓlio valde docti. Quare
ipsi troianoz multitudinem intuentes de seipis presi
dũ ostituũt ꝙ castellum eis omnibus coactis in vnũ
qui tamen nec ita poterãt se tueri quĩ troilus ą vere
erat stimul9 nociu9 eoz ipos nõ lederet vulneraret ꝙ

eoꝝ aliquos ab eorũ globo nõ cogeret ſepiꝰ ſeparaꝝ Tunc rex agamennon/rex menelaus·rex thelamon / vlixes ꝛ diomedes qui tunc plena ſanitatevigebant cum actiebus eorum bellum ītrarunt quare durum ꝯ mittit̃ plium inter viroſq; · Mirabiliter ergo greci troianos opprimunt ꝛ plures ex eis occidunt. Sed troilus tunc ſe ingerit ad partẽ illã in qua troiani du rius vexabant̃ ꝛ grecos interficit vulnerat ꝛ cõfun dit ſic ꝙ quaſi ſola virtute troili greci conuertuntur in fugã. ꝛ ad eorũ tentoria quaſi precipites cuꝫ mul ta celeritate feſtinãt· Sed thelamoniꝰ aiax bellũ īgre dit̃ troianos aggredit̃ in dura ꝛ aſpera virtute bel landi. Tũc greci campum recuperãt ꝛ hoc fuit ſextuꝫ decimum bellum ualde letale. cum ex vtraq; parte in maxima q̃titate ceciderint interfecti· Troilus vero q̃ in ſuis viribus mirmidones non ceſſat opprimere ꝛ grecos alios vniuerſos in tanta duricia eos affligit ꝙ in virtute ſue potentie forciores grecorum ꝯtra eũ preualere non poſſunt. Propter quod greci iteruꝫ ꝯ uertunt̃ in fugam quos troiani vſq; ad eorum ten toria perſequũt̃· Vbi troilus eos mirabiliter ẽ aggreſ in virtute nimia prediandi ꝛ de grecoꝝ nobilibus cẽ tum cepit quos captiuos ad ciuitatẽ adduxit bellũ q; dirimit ꝛ ambo excercitus ſeparãt̃ · Mirmidões autem ad caſtra redeunt vulnerati plures achilli re ferunt ꝙ multi ex eis eo die ceciderũt in bello · ſic ꝙ perquiſitis eorum cadaueribus mortuorum inuenti ſunt de eis plus q; centum numero defeciſſe· De mor te ſuorum igit̃ dolet achilles nõ modice ꝛ in multis doloribus ſuperueniente nocte anxius lectuꝫ intrat

Vbi factus penitus īquiet9 sua nō appetit claudere lumina in dormitionis consueta quiete. Dā multis ī surgentibus cogitationib9 occupatus pro vindicta suoz suo disposuit in animo bellum itrare. Sed polixene amor infestus sibi dura morte resistit duz cogitat cp cū polixenā diligat plusq3 se otra se efficax argumentum inducit. cp si forte ad arma ꝓsiliat polixene voto frustrabit. ꝛ speratis gaudiis ex ea priuari otinget. cuz iā regi priamo ꝛ eius vxori euidēter illuxerit otra sua venīēdo ꝓmissa per que pollicit9 fuit eis greccos vlterius nō iuuare. ꝛ eis totiens tradiderit subsidiū gētis sue. Multis igit dieb9 fuit achilles talium cogitationū īuolutōe oclus9 Cū demū troianoz ꝛ grecoz exercit9 ad letale septimūdecimū bellum se accīgūt Feruet ergo duz plīū iter eos qđ per septē dies otinuos nō quieuit. Quib9 dieb9 amore vetāte achilles otinuat motus suos dū ad plium nullatenus se ingessisz. inter quos multi de grecis interfecti fuerūt. Qđ dū agamēnō videret tātoz suoz excidiū īducias postulat a troiānis/sz troiani sibi ocedere negauerūt. nisi tot diez īfra quos greci possent eoz mortuos sepelire. His igit diebus elapsis letale octauūdecimū bellū factū ē iter troianos ꝛ grecos. Dā ordīatis acieb9 eoz duz bellū omittit iter ipos Quare menelaus ꝛ paris ī plīū se oīūgūt ābo se sternūt ab eqs ī eoz potētia lāceaz. Polidamas ī vlixē irruit ēse nudato. ꝛ vlixes ī ēse suo similiter ab eo uiriliter se defendit. Deneſteus dux athenaz anthenorē aggredit ipm ipugnat sic cp eū ab equo deiecit. Rex pbilimenis agamēnonē īuadit/quē tūc grauiter

offendisset. sed rex thelamonius succurrit ei qui regez philimenē vulneratuz ꝓstrauit ab equo. Arthilogꝰ ãt nestoris filiꝰ irruit ī vnū ex filiis naturalibꝰ r̄gis priami nōie brunꝰ de gimellis cū lãcea sua ipm potē ter ipellens ⁊ letaliter vulnerãs ꝙ ipm mortuū pro strauit in terrã. De morte vero bruni troiani valde facti sunt anxii. Cuiꝰ rumor dū peruenisset ad troi luz. de eius morte troilus multas prorupit ī lacrias ⁊ in grecos multo irruit in furore. sic ꝙ eos sine du bio coegisset in fugã nisi mirmidones viriliter resti tessent. Propter quod troilus dimissis aliis ī mirmi dões se ouertit otra eos se ingerit virtuose ipos vul nerat ꝓsternit ⁊ multos occidit ex eis. sic ꝙ mirmi dões sustinere troili ipetū nō valẽtes. nec alu greci multitudinẽ troianoꝝ fuge p̄cipites se omittũt. quos troilus ⁊ ceteri troiani usq; ad eorū tẽtoria psequũt ibiq; troiani duris vulneribꝰ grecos offendũt ⁊ ab e quis descendẽtes ipos ī eorū tẽtoriis ꝓsternũt vul nerãt ⁊ crudeliter morti tradũt. Clãor ergo fit maxi mꝰ in tentoriis ipsis. ⁊ voces vlulantū ī vicino ae re multipliciter echõisant. Quare vocū ipaꝝ ofusio nes ad achillẽ tumultuose puentũt ī tẽtorio suo stan tẽ/ q̄rit achilles q̄ sit tã turbida cã clãoris Fugientes uero a bello ipso dicũt ei grecos a troiãis esse deuic tos. ⁊ eẽ ī tẽtoria eorū vitãde necis cã necessario sic depulsos. a q̄bꝰ ẽt sic se tueri nõ possunt. quĩ a troia nis interficiantur ibidem. ⁊ vos qui sic stare creditis ī tẽtorio vestro securus iã sup vos ofesti videbitis plusq; quiq̄gita milia troianoꝝ q̄ vos ierimẽ viuere nõ permittẽt. ⁊ q̄ nũc tãtos ex mirmidõibus vestris

morti tradiderunt ⁊ adhuc morti tradere nō cessent ⁊ qui mortuos possunt se ꝑ certo tenere nisi in uua men eoꝝ aliq̄ insurgāt. Ad hec igit achilles quasi furibundus exurgit fremit spūs ei⁹ ⁊ multo furore dū excandescit in iraꝝ amore polixene postposito arma petit armat instanter ⁊ cum festinantia equū ascēdit ⁊ velut lupus famelicus inter agnos auidus se ingerit in troianos. ⁊ in eos irruit vulnerat et occidit sic q̄ in breui bora inter preliantes notus efficit eusensis. qui totus interfectoruꝝ ab eo madidus ex cruore terrā ipulit ⁊ velat cadaueri⁹ mortuoꝝ. Quod p⁹ q̄ audiuit troil⁹ durū eē cognouit achillē. ⁊ iō uers⁹ eū dirigit equū quē silr vt persentit achilles ipm potēter excepit. Et dū vn⁹ ipegit in aliū . troilus achillē sic grauiter vulneraut q̄ achilles pluribus die⁹ necessario cessauit a bello. et eū oportuit multis diebus ex ipo vulnere in suo lecto iacere. Troilus vero ⁊ si nō fuit sic ab achille grauiter vulneratus non tñ sine vulnere ictum persensit achillis. Demuꝝ ex ipsorū amboꝝ impulsionibus ambo ab equis eoꝝ ĩsimul corruerūt. Preliatū fuit ergo eo die otinue a mane usq̄ ad noctē ⁊ supueniente noctis umbraculo ꝑliū fuit diuisuꝝ. Sex mensib⁹ otinuis itaq̄ fuit pugnatuꝝ infra quos vtriusq̄ partis multi ceciderūt in bello. Rex vero priamus multo dolore deprimit de eo q̄ achilles contra ꝓmissa sua bellū intrauit. Putat enī eū magis decipiēdi cā dixisse. regie osorti sue multū improperat. qz si verbis ei⁹ fidē exhibuisset maxio fuisset vituperio inuolutus. dolet ēt polixena cui iaꝝ placuerat achillem ipm in maritum habere. Achilles

vero infra predictos sex menses de vulneribus sibi factis a troilo ope salubris medicine restitutus ē pris tine sanitati feruentē tñ contra troilu cōcepit ardo rē q̄ sic eū grauiter vulnerauit. Dicit enī necessario e uenturum. vt per manꝰ suas troilus turpiter morta tur. Tempus igit belli bis gestis superuenit. in quo nonūdecimu letale prelium ē omissu . nā duobꝰ ex cercitibus simul iunctis ꝛ mutuo dimicantibus iter se ex vtraq̄ parte cōmittit magna cedes Achilles ue ro anteq̄ bellū intraret coram se suis mirmidōibus cō uocatis de troilo eis grauez querelā exponit ꝛ iō mā datis ꝛ precibus monet eos qualiter otra troilū de beāt in bello procedere. ꝛ eis omnibꝰ simul iūctis ad nihil aliud cor apponāt q̄ vt troilū in medio eoru ocludere studeāt. sic q̄ eū firmiter valeāt detinere. ꝛ detentum non ipm interficiāt. sed tam diu ipm impe diāt debellando donec ipe ad eos pueniat q̄ nō lō ge semp in bello erat remotus ab eis. ꝛ achilles tunc suo colloquio fine facto bellū igredit quē sui mirmi dones insequūt. Interea troilus in maxima militu comitiā ꝛ ī magna virtutis audacia bellū itrat ī gre cos irruit. eos sternit vulnerat ꝛ occidit. sic q̄ in bre ui hora factū ē in sue virtutis potencia q̄ greci sunt dare terga coacti. ꝛ a facie fugere troianoꝝ ostituēte sole meridiē ea hora. sic q̄ greci quasi deuicti fugien do p̄cipites ad tentoria sua festināt. Tunc mirmido nes qui erāt numero duo milia pugnatoꝝ ī bello seī gerūt aiosi simul tūc iuncti ꝛ mandati eorum dñi nō obliti. In troianos igit in ore gladii se īmittūt ꝛ gre ci campū recuperāt. ꝛ durū p̄liū omittit iter vtroq̄

